

D. N.

NELLI A SAN.

CTO GEMINIANO, CI.

VIS FLORENTINI, IVRECON.

sulti clarissimi Tractatus insignis de

Bannitis. In quod idem thema

Cōmentarii Iacobi Are-

natis sunt subtexti:

omnia sum-

mo stu-

dio diligentique opera castigata

& excusa.

\*

Accesserunt & his nunc primum Summaria,

& Index longè fidelis ac copiosus.



L V G D V N I,

Apud Hæredes Iacobi Giuntæ.

1 5 5 0.

*Num. 44. Cap. v. num. 38.*

*44*  
*38*  
*Index don...*  
*Gu...*

# NELLI A S. G E.

## MINIANO, CIVIS

FLORENTINI, IURIS

prudentissimi Commen-  
tarii de Ban-  
nitis.

\*

### SUMMARIUM.

- 1 *Italia statuta variè decernentia de bannitis.*
- 2 *Nelli institutum.*
- 3 *Bannitorum species.*
- 4 *Statutum, contumacem haberi pro confesso, an valeat.*
- 5 *Operis huius diuisio. & nu. 7.*
- 6 *Bannitorum par conditio.*

*Praeludium, cum diuisione  
operis.*

**I**N ciuitatibus Italiae communiter reperiuntur statuta edita contra bannitos pro maleficio, crimine vel delicto, disponentia interdum, quòd non audiantur, interdum quòd possint impunè offendi: interdum exprimitur, quòd possint occidi: interdum quòd possint offendi certo offensionis genere: interdum etiam offendētibus siue capientibus eos praemia statuuntur: interdum solum ab honoribus vel officiis repelluntur: interdum etiam contrahere prohibentur.

Quādoque etiam in ipsorum fauorem aliqua statuuntur, propter quae statuta & alia ordinamenta sapientissime, vt notissimum est, ortae fuerunt & quotidie oriuntur variae & diuersae subtilitates, & ponderosae quaestiones: quarum multae sparsim in commentis & extra cōmentata doctorum iuris Canonici & Ciuilis, interdum bene ordinatae, interdum corruptae: & aliquando non perfectae, & quandoque in argumentis adductae reperiuntur: aliquando etiam occurrunt. Occurruntque à nemine aut tactae aut examinatae. Et quia ex saepius agitatis frequentatisque solet maior utilitas & publica & priuata resurgere: & tanto maior, quanto facilius in occurrentibus necessaria nostris oculis adponuntur. Ego † Nellus de sancto Geminiano, Florentinus ciuis, & solo nomine legum doctor, ad propriam & aliorum qui non multa viderint utilitatem, decreui ea, quae sparsim noui in vnū breue volumen redigere: non per modum pleni tractatus: quia ab aliis plenè recteque digesta, quam breuius (utilitate tamen non abiecta) fieri poterit, cōclusiue cōcipiam: neque per modum simpli-



est vobis.

3<sup>o</sup> Filij laceris vel sterpis damnatis, an veniant tam  
 rion nati: an nascituri, an vero omnes promi-  
 scue comprehendantur. & no. 41.

4<sup>o</sup> Processus non formatur nisi contra extantes  
 in rerum natura.

*Prima Pars primi Temporis.*



**Rimò igitur**

quæro, ¶ qui sunt illi, qui  
 possunt virtute dicti sta-  
 tuti, quod dixi valere, in  
 banno poni: Et quidem hoc primum fa-  
 ciliter expeditur. Omnes enim illi, qui  
 possunt ex delicto præsentis diffinitiva  
 sententia condemnari, poterunt absen-  
 tes citati, secundum formam statuti, nõ  
 comparentes tanquã confessi banniri.  
 Et sic secundum regulam. l. j. ff. de præ-  
 to. sti. sequitur q̄ omnes illi, qui præse-  
 tes non possent condemnari, non pote-  
 runt banniri. Et idcõ qui ex delicto non  
 tenentur, siue qui tenerentur, sed de iu-  
 risdictione inquirentis vel aliter proce-  
 dentis non existunt, siue exempti sunt:  
 non poterunt in banno poni, vt habetur  
 ff. de furt. l. infans. de fal. l. impuberem.  
 ad. l. aquil. l. si putator. C. de fal. mo. l. ij.  
 & si aduer. delict. l. j. & l. ij. cum si. quod si-  
 ne dubio verum est, si iudici constat il-  
 los esse tales: secundum no. ff. de re iud.  
 l. quæsitũ. & l. furioso. & quod habetur  
 per Inn. in. c. prætereã. de dila. & per do-  
 cto. in. l. ex quacunq;. ff. si quis in ius vo.  
 nõ se. per Cy. in. l. generaliter. C. de epi.  
 & cle. per Bar. ff. de iudic. l. non videtur  
 & ff. de iuris. om. iu. l. cum quædam puel-  
 la. Si autem ei non cõstaret illos esse ta-  
 les, procederet quandoque iudicium, vt

dictis iuribus. & ff. fami. eccl. l. cum pu-  
 tarem. iunctis. ff. de pœn. l. absentem; &  
 de iudic. l. omnem. In quo examinand-  
 um esset, an minor possit in banno po-  
 ni: de quo Alb. præallegatus posuit vbi  
 s. in. lxxix. q. referens opi. omnium quæ  
 habentur in. l. clarum. C. de auto. prest.  
 & in. l. cum & minores vos. C. si aduer-  
 rem iud. & in. l. non cõ minus. C. de pro-  
 cu. & in. l. si tutor. C. in qui. caus. in inte-  
 resti. non est ne. Nam aut habet curato-  
 re. & interuenit, aut non: vel non habet,  
 vt ibi plenè per doc. in quo nõ insto: quæ  
 vt prædixi, a doct. ibi plenè tradit. Vnũ  
 tã nolo obmittere, q̄ interlocutoria ¶ quæ  
 facit statutũ, vt & contumax habeatur  
 pro confessio, patiuntur minores, vt habet  
 in. d. l. cũ & minores. & est no. dictũ bar.  
 in. l. si. eo. q. si aduer. rem iud. per q̄ iam  
 obtinuit valere iudiciũ vsq; ad fictam li-  
 tis contestationẽ, quæ inducit ex forma  
 statuti, elapsis quinq; diebus vtilibus a  
 die primæ citationis licet p̄ pupillo nõ  
 cõparuerit tutor: cũ illa iuris interlo-  
 cutoria patiantur minores, etiam inde-  
 fensi: vt dictis iuribus. Est itã cautius  
 q̄ iudices scientes inquisitũ vel accusa-  
 tũ esse minore, ei curatore constituant:  
 insti. de cura. l. inuiti. vt sit eo cõparere  
 teneat iudiciũ: secundũ Albe. vbi. s. Sed  
 tũ cessabit bannũ: quia illud datur in cõ-  
 tumacẽ. Et idcõ cũ, vt dixi valeat citatio  
 & p̄cessus iudice ignorate, & inducat a  
 statuto interlocutoria, per quã habetur  
 p̄ cõfessio, forte verior est sententia, quæ  
 habet tale bannũ valere, licet subiaceat  
 ¶ beneficio restitutionis in integrũ, secũ-  
 dũ not. tã in. l. si minor. xxv. omiffam. &  
 l. auxilium. §. in delictis. ff. de min. & per  
 Bar. in. l. j. §. nuntiatio. de no. ope. nũ. Et

# TRACTATUS IN SIGNIS DE BAN-

NITIS IACOBO DE ARE-

na, I. V. D. celeberrimo, & interprete clarissi, auctore.

\*

## S Y M M A R I U M.

- 1  Bannitus quis dici possit, & cui equiparetur.  
Deportato vel relegato totus mundus interdicatur.
- 2 Bannitus ubiq; stare potest, nisi in civitate ex qua bannitus est.
- 3 Bannitus filios in potestate retinet.
- 4 Curator filio banniti datur, uti filio eius, qui apud hostes est.
- 5 Bannire aliquem faciens, curare debet quod bannum sit certum alias non valet.
- 6 Bannum an valeat si ita dicatur bannimus haeredes Titij.
- 7 Bannum tenet, si citatio facta reperitur, quod quisquisq; est haeres talis compareat ad se excusandum.
- 8 Citatio requiritur, ut quis in banno ponatur.  
Modus citandi qualis sit.
- 9 Citatio mandato iudicis fieri debet. Limita, ut ibi.
- 10 Citatio debet fieri in tali loco, quod ille se sentiat citatum.
- 11 Bannum ipso iure non valet, si bannitus se citatos esse negant.
- 12 Citatio de consuetudine ad domum fit, qua citatio ad domum subsidiaria est.
- 13 Praconi soli an credatur si dicat se citasse.  
Metu panis homines a delicto arcentur.
- 14 Notoria dicuntur, quae non sunt.  
Noterium adducitur, quod nulla tergiversatione calari potest.  
Noterium quod non est, per iudicem pro notorio haberi non debet.
- 15 In ius vocari nemo debet sine iudiciali precepto.
- 16 Banniti an impune offendi possint, & nu. seq.
- 17 Saetuta permissentia bannitum occidi, de iure subtilitate non valent.
- 18 Banniti conventi in suis defensionibus an audiatur.  
Iudex mitior lege esse non debet.
- 19 Mens legis, & non eius verba, attendi debet.
- 20 Bannito agenti dnmus audientia denegatur.  
Quid si ab alijs conveniatur.
- 21 Haereticus non agit, sed conventus se defendere potest.  
Excommunicatus non agit, sed se defendere potest.
- 22 Bannitus si contra alium bannitum agit, an conventus banni exceptione uti possit.
- 23 Bannitus procuratorio nomine agere audietur.
- 24 Bannito quod denegatur audientia, in banni-



gessisse. de adm. tut. Per quod patet, q̄  
operatur iudici delegato, cuius actus at  
tribuitur deleganti. d. l. apertissimi. & l.  
49 si. C. qui & apud quos. † Nam delegatus  
vice delegantis fungitur, & non sua. l. j.  
de offi. eius. & l. solet. de iurisd. om. iudi.  
Sed si est similis delegato, non potest ite  
rum eligere, sicut nec delagatus pronū  
tiare, etiam vbi sententia prima fuit nul  
la. l. si vt proponis. & l. si p̄ses. C. quo  
modo & quando iud. & l. iij. de accusa.  
& c. venerabilis. de elec. Secundò, eligē  
tis culpa commissio. nam in culpa fuit,  
malè eligendo. l. nam & seruus. de neg.  
gest. §. si. & l. si eum. §. si. cum seq. ff. com  
mod. & l. cum mandato. de minor. & l. si  
pupillus. §. parui. de exercit. cuius p̄na  
est, vt propter culpam perdat potestaté  
eligendi, cum in eo culpabili fiat. l. eum  
qui. C. de procu. & l. si. de adm. tut. & l.  
50 quod quis. de reg. iur. † nam quod quis  
sua culpa non habet, perinde est ac si ha  
beret, vt auth. quod locum. C. de colla.  
vnde in casu nostro ex quo per culpam  
efficaciter nō eligit, perinde est ac si be  
ne elegisset: arg. l. iure ciuili. de cond. &  
demon. Quòd autem fuerit in culpa, pa  
tet: quia de facili potuit scire illius con

ditionem. l. regula. ff. de iur. & fac. igno.  
Tertiò, post electionem p̄clusa varia  
tio: arg. l. si ab arbitro. qui satisd. cog. &  
auth. offeratur. de lit. conte. & l. procura  
tores. §. j. & l. q̄ in hæredé. §. eligere. de  
tribu. actio. & l. huiusmodi. §. Stichum.  
de leg. j. & l. statulibe. & l. si hæres. de le.  
ij. vbi etiam propter errorem nō vtū  
tur eligendi facultate. Solum dic, q̄ cum  
in eligendo iste alterius vice fungatur,  
vt dictum est, p̄sens & momentaneū  
habuit officium: arg. l. pecunię. de ali. &  
cib. leg. & ad eligēdum ministrum vide  
tur deputatus: arg. l. vnum ex familia.  
in prin. de leg. ij. Vnde si in personā ele  
cti non cadit electio, nec apud ministrū  
supereſt ius eligendi, sed apud ipsos de  
curiones. l. si quis Titio. de leg. ij. maxi  
mè, quia de prima tantum electione co  
gitatum videtur, non de secunda. arg. l.  
dotis. de iure dotium. & l. cum pater. §.  
pater. de lega. ij. & l. bona. §. hoc sermo  
ne. de verb. oblig. cum incontinenti de  
buit eligere. l. cum quidam. de leg. ij. Ex  
his ergo dico, hunc eligentem incontinē  
ti potuisse eligere, & post tempus non li  
cere. arg. l. statuliberum. de leg. ij. & l.  
obligati. §. si. de autho. tuto.

## FINIS TRACTATVS de Bannitis.

### Series Chartarum.

a, b, c, d: e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, v, x, y, z, V, B, C. Omnes sunt quaterni,  
præter. z. & C. qui sunt duerni.